

befreit und losgesprochen, weil es nur zu oft geschah, dass sie daran ganz unschuldig waren und der Gehorsam gegen ihren weltlichen Herrn seinem geistlichen Gegner anstössig gewesen<sup>1)</sup>.

Es erübrigत noch eine Reihe von päpstlichen Bullen aus diesen Tagen, die bei weitem das grösste Interesse erregen, es sind jene Erlässe, in denen der Papst sich für Kaiser Friedrich, den geliebten Sohn der Kirche, erklärt gegen seine Gegner und Feinde, welche eben in diesen Tagen seine Abwesenheit von den Erblanden seines Mündels benutzt hatten, um seiner Vormundschaft ein Ende zu machen.

<sup>1)</sup> Bulle vom 22. März 1452, in einem Vidimus vom Jahre 1458, zu welcher Zeit (nach K. Ladislaus P. Tode) freilich die Feindseligkeiten gegen K. Friedrich, den ein Theil der Ungern zum König wählte, in vollem Maasse sich kund gaben.

„Nicolaus Episcopus seruus seruorum dei Carissimo in Christo filio  
 „Friderico Romanorum imperatori semper Augusto Salutem et apostolicam  
 „benedictionem. Tue celsitudinis fauor et eximie deuotionis merita non  
 „indigne deposeunt, ut petitionibus tuis in hijs que subditis tuis in salutem  
 „cedunt animarum et per que ipsi a grauaminibus releventur indebitis fau-  
 „rabiliter annuumus. Cum itaque sicut pro parte tua nobis nuper exhibita  
 „petitio continebat Subditi tui habitatores castrorum opidorum et villarum  
 „que in regno Ungarie obtines ut plurimum preter eorum deme-  
 „rita per locorum diocesanos, seu alios ordinarios iudices quamvis offi-  
 „ciales per te in eisdem castris constituti singulis de eis querulantibus  
 „expeditam iustitiam ministrare parati sint excommunicationum sententias  
 „involuantur, ac loca incolatus ipsorum per eosdem diocesanos seu ordi-  
 „narios iudices ut plurimum ecclesiastico subici contingat interdicto pro parte  
 „tua nobis fuit humiliiter suplicatum ut prouidere super hiis salubriter de  
 „benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur tuis in hae parte supplica-  
 „tionibus inclinati Serenitati tue ut iidem subditi per diocesanos et ordi-  
 „narios iudices prefatos excommunicati et loca incolatus seu ad que decli-  
 „nauerint interdicti absque sedis apostolice expressa licentia minime possint  
 „certis etiam rationabilibus per te nobis expositis suadentibus causis tenore  
 „presentium indulgemur. Absolventes omnes ex prefatis subditis tuis qui  
 „huiusmodi sententiis tenentur irretiti qui parati sunt stare iuri, Omneque  
 „interdictum in prefatis locis forsan appositum harum serie relaxantes.  
 „Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre concessionis absolu-  
 „tionis et relaxationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis  
 „autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et bea-  
 „torum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome  
 „apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringen-  
 „tesimo quinquagesimo primo undecimo kalendas aprilis Pontificatus nostri  
 „anno sexto.“

Notariatsurkunde von 1458. (Hausarchiv.)